

G E W

1624

Disciplinae Speculativae generales à se invicem per abstractionem à materia
sensibili ita distinguuntur, quia triplicem modum habet abstrahendi à ma-
teria Physica et sensibili, quorum singulas singule etiam convenit Disciplinae:
1. Si abstractio fit solam à materia signata i. singulari; quae modo homo abstra-
hit à materia non omni, solum, sed singulare solum seu conditione individualib;
et talis abstractio ē i. designatur Physica. 2. Alio abstractio fit à materia et signata
et universaliter secundum rationem; quoniam dicunt ea abstracta; quia in materia
quæcumque sunt et existunt solam, sed tamen tunc abstrahuntur in apprehensione
i.e. de omni materia sensibili: Sic quantitas vel p. se est in materia sensibili
sed tamen à mathematico apprehenditur sine materia sensibili; et eismodi ab-
stractio secundum rationem competit Mathematici. 3. Alio abstractio est, quia
fit à materia secundum rem et rationem, ut habeat n. y., quia non solam in ap-
prehensione intellexerit sine materia concipiatur; sed etiam revera, et falsha
ut sic materiam non haberent. Quis modo DEUS et Angeli abstrahunt à materia se-
cundum rem et rationem, quia bi nec apprehensione mentis concipiatur cum materia,
nec etiam aliqui scient materiam, et hic istius modus ē quem metaphy-
sica sibi unice conedit.

In metaphysicis alia tractantur per se et immediate et propter disci-
plinas, scilicet: alia a. mediate et per accidens et propter disciplinas
alias, quarum subiecta præceptio scire debet metaphysica.

Ob Kt. ir & C.
Otf F.

Nipel!
~~SSG~~

P. q. 4.

9

DISPUTATIONUM
METAPHYSICARUM
OCTAVA,

De
B O N O

&
M A L O;

Quam.

Summè B O N O Jehovā dirigentē

Sub PRÆSIDIO

M. JOHANNIS SCHARFII

Croppenstad. Saxonis,

In

ALMA LEUCOREA

Publico examini exponet & defendet

DANIEL MYLIUS, Ravensti-
no-Bojemus.

Ad diem 28. Junij, horis matutinis

in Auditorio minore.



WITTEBERGÆ

Ex Typographéo CHRISTIANI THAM,
Academ. Typogr.

ANNO M DC XXIII.

MELATHEYSIGARUM

ОИОН

ОИАМ

СЕКАНДИ МОЛЛА

ПИНОГА ПАЛА

СЕКАНДИ МОЛЛА

СЕКАНДИ МОЛЛА

СЕКАНДИ МОЛЛА

DISPUTATIONIS METAPHYSICÆ
OCTAVÆ

DE BONO ET MALO

Eicod G.

 Maes in universum homines instinctu & appetitu naturali desiderant possidere bonum. Cur ergo non plenis velis feramur in cognitionem Boni? scilicet, ut recte dignoscamus Bonum a Malo, ut verè sciamus quid Bonum sit, & quomodo feriat appetitum. Hujus contemplationem in universalis sicut Metaphysica, & quidem præsens hæc Disputatio. Hanc ergo alacrius aggrediamur, & Boni naturam, proprietatem, varietatemq; operosiore studio exquiramus oportet. Sit igitur cum Bono Deus

THE S I S I.

Nunc sequitur in ordine Bonitas, quæ est ultima, simplex & unita Entis affectio. Ubi per se notum est, bonitatem esse in rebus ipsis. Boni igitur naturam rectâ considerandam sumit præsens hæc Diatribe.

I. Et primò Bonitatem esse affectionem Entis adequatam verè censet Aristot. Et b. cap. 4. quando contra ideam Boni Platonicam disputans, docet Bonum totidem sumi modis, quot Ens, ita ut Bonum dividatur per omnes categorias, non secus ac ipsum Ens, adeoq; omne Ens sit bonum. Quod idem inculcat Dn. Jac. Mart. Exerc. Metaph. 17. theor. 1. lib. 1. Confer Suarum disp. Metaph. 10. sect. 31. 34. & Dn. Scheiblerum. lib. 1. Metaph. cap. 10. lib. 3. artic. 1. Wrenberg. Exerc. Metaph. 10. Javell. lib. 4. quest. Metaph. quest. 3.

A 2

III. Hoc

III. Hoc ipsum est, quod Scriptura docet; I quando
Genesi. testatur, *vidisse Deum omnia, que creaverat, esse valde bona.* Item *Ecclesiasti*. ait, cuncta fecit Deus bona in tempore suo. Unde & *Tim. 4.* scribitur, quod *omnis creatura Dei sit bona.* Unde & error Manichaorum damnatus est, qui statuebant, quædam Entia ex se esse mala, ut hac de re fuisse docet *D. Chemnitius Loc. Theolog. 5. cap. 2.* Item *Loc. 6. de Libero Arbitrio. cap. 8. itemq. Loc. 7. de Peccato.*

IV. Neq; deest ratio, cur omne Ens sit bonum. Etenim omne Ens reale necessariò habet aliquam perfectionem, quæ in suo esse constituitur, quæ in re nihil aliud est, quam ipsam entitas, quæ perficitur, nempe vel *forma*, vel *materia*, vel *natura*. Quæ dicuntur perfectiones rei, quia illis perficitur res in suo esse. Sicut ergo intelligi non potest Ens reale, quod sua Entitate non constet sive constituatur: Ita neq; potest intelligi sine perfectione reali, quæ perficitur. Perfectione autem & bonitas, quæ res in se bona dicitur, idem sunt. Suarez d. L.

V. Sed ipsam naturam Boni proprius contemplemur. Circa cujus theoriā methodo solitā 4. considerabimus.
1. *Quiditas ejus.* 2. *Proprietates.* 3. *Distinctiones,* & 4. *Oppositorum Boni.*

1.
QUIDITAS
BONI.

VI. *Quiditas Boni* explicatur Definitione vel *Nominali* vel *Reali.* Illa absolvitur Etymologiā, Synonymiā, & Homonymiā distinctionē. Quod *Etymologiam Boni* attinet, ibi notandum, quod veteres pro eo, quod nos hodie *BONUM*, olim dixerint *DNONUM.* Festus *DNONUM* Bonum, similiterq; interpretantur *glossæ philoxeni* & aliorum. Etiam è veteri Poëta citat Festus, *simil dnona eorum portat ad naves, ac in saliari carmine apud Varronem lib. 6. de LL. dnonus cernes, hoc est, bonus creator, legendini putabat Josephus Scaliger. vide plura, apud Gerard. Joh. Vossium. Camerarius censet Dnonum dici à duobus, nempe ab entitate ipsa,*

& à

sol. III.

& à superadditâ connotatione alicuius in ordine, ad quod
producta Entitas hanc ipsam denominationem Boni sorti-
tur.

VII. Vox autem Boni prout hodiè in usu est, à nonnullis
derivatur à boando, quod scilicet boët & clamet, quasi, ut ali-
os ad se allicit, quo sensu aliqui etiam explicant τὸν παλὸν &
ἀγαθὸν. Ajunt n. Bonum dici παλὸν τὸν τὸν παλέν, quia animos
provocat ad se appetendum: vel ἀξόν τὸν πιλέν, quia demulcet
appetitum: Et ἀξίον δίχαντος θεού dignum multa
spectatione, vel ἀξίον ἀγαθὸν τὸν θεού, valde dignum, ad quod cur-
ramus, ut resert Cœlius Rhodeg. lib. 24. antiq. lect. cap. 7.
& Scalig. Exerc. 300. sect. 3.

IX. *Synonymia Boni* nota est, quod hoc loco Bonum &
Bonitas planè coincident. Licet enim Bonum videatur
concretum & adjективum. Hic tamen non ita sumitur, sed ab-
stractè & substantivè, quemadmodum in disciplinis frequen-
ter fit, ut neutra absolute posita supponant pro substantivis,
& abstractis, quo sensu supra dictum est, quod *Ens* in Meta-
physicis sumatur pro ipsa Entitate. Unum pro unitate, verum
pro veritate &c. Græcis παλὸν ἀγαθὸν, ἀγαθόν Bonum dici-
tur &c. Sunt etiam qui dicunt, quod Bonum in sese & per-
fectum idem sint non tantum materialiter, sed & formaliter.
Confer Exerc. Metaph. Domini Jacobi Mart. Exerc. ult.
lib. I. Theor. II.

IX. Quam in rem Boni homonymia est evolvenda, quâ
res dicitur *Bona* vel absolute vel respectivè. *Bonum absolute*
& *in se* dicitur, quod intrinseca perfectione & entitate de-
bitâ est bonum, eò quod habeat propriam suam naturam &
essentialiter sive debitam sub certo gradu Entis. *Respectivè*
sumtum bonum est, quod respectu rationabilem infert &
per relationem sive connotationem alterius ita dicitur, quo-
modo Bonum dicitur quod est conveniens alteri: quomodo vi-
num dicitur bonum homini, quia ejus naturæ convenit.

Deinde Bonum sumitur vel simpliciter vel secundum quid,
ut annotat Javellus. lib.4. Metaph. quæst. 3. *Bonum simpliciter est illud*, quod perfectum suis perfectionibus ultimis,
quæ sunt qualitates sibi debitas, ut polum est bonum simpliciter,
cum ad maturitatem pervenerit, & homo simpliciter
est bonus, cum ad sibi debitam perfectionem per habitus
Intellectuales & morales pervenerit. *Bonum secundum quid*,
est illud, in quo jam reperitur prima perfectio, quæ omni alii
perfectioni supponitur, & hoc est ipsum esse sive existere;
unde quæcunq; habent esse, dicuntur bona, secundum quid.
Illud Bonum simpliciter superaddit enti. 1. *qualitates*, 2. *ope-*
rations debitas, & 3. *debitum finem*. E. hoc bonum est nisi
contractum & particulare, E. non est transcendentale; sed
naturæ, sic dictum erit hujus loci, & idem re cum ente. Simili-
ter *Bonum in se* & *absolute sumtum*, hic non adeo inquiritur.
Id enim non est passio entis realis, sed *essentia ejus*, unde Bonum & Ens erunt synonyma. Scilicet nihil est magis *essen-*
tiale enti reali, quam habere aliquid perfectionis. Et nisi
concipiatur aliquid, ut ens alicuius perfectionis non concipi-
tur, ut ens reale. Unde si *differentia aliqua* est inter Ens & Bonum, magis erit in *Etymologia*, quam in re significata:
quia *ens sumtum est ab actu essendi*: *Bonum autem perfectione*,
quam formaliter & ex necessitate includit actus essendi.

X. Attendendum verò, quod hic nunc queratur & tra-
ctetur, de *Bono* sive *Bonitate*, quatenus est *affectio* & *attribu-*
tum entis, adeo q; aliquo modo distinguitur ex natura rei ab ente.
Quia *Bonitas respectivè* ita sumitur, & Enti aliquam ratio-
nem sive relationem superaddit. Hæc ergò *Bonitas rei* &
Transcendentalis, quid propriè sit, quem habeat forma-
lem conceptum, aut rationem quiditativam, altius nunc erit
expendendum.

XI. Sic ergò *Realem Boni definitionem* inquiramus o-
portet. Hæc scilicet ipsam quiditatem Boni in se compre-
hendit

hendit & explicat. Ut autem definitiōnēm Bonū accuratius perspiciam̄, cām tradēmus, tūm ex opiniōne aliorū, tūm ex rei veritate, illam scilicet removendo, hanc vērō adservando. Ex opiniōne aliorū variè Bonitas describitur. Stoici putant illud saltem Bonum esse, quod Bonum facit habentem: virtutem nimirū & honestatē ceteris exclusis. Quā opiniō stoicorum nimis coarctat naturam Boni, necattingit Bonum, ut sic in trāscendentali ratione sed duntaxat aliquid dicit, quod spectat ad Bonum morale. Alii absentiam mali appellant Bonitatem, qui in eo peccant, quod negationem unius oppositi estimant esse de essentia alterius oppositi.

XII. Rhadus in pervig. Joris definit Bonum, quod sit id, quod possessorem quemq. innata vi perficit. Sed nec illa descriptio Boni naturam exprimit, sed solum aliquid, quod Bonum denominat, adfert, unde adhuc aliquid relinquitur, quid scilicet illud ipsum sit, in suo formalī, quod perficit possessorem innata vi.

XIII. Similiter removenda hic est & ista opinio, quā ponit Bonitatem in relatione appetibilis. Et tenet Bonum consistere in Appetibilitate, ita ut Bonum formaliter sit id, quod est appetibile. Quò trahunt illud Arist. Ethic. cap. i. quando ait: Bonum est id, quod omnia appetunt. Verum illa opinio non explicat ipsam formalem Boni rationem, sed satis id, quod ad Bonum formaliter sumptum sequitur. Etenim Bonum est causa appetibilitatis: propterea enim est aliquid appetibile, quia est Bonum. At vērō nihil est causa sue formalis rationis. E. formale Boni non erit appetibilitas. Deinde notum est, quod Aristoteles ibi locorum saltem à postiore declareret Bonum, non vērō propriē quiditatem ejus explicare velit.

XIV. Neq; est, quod hīc distinguant inter Appetibile, prout sumitur vel fundamentaliter vel formaliter, ubi illud sit actus primus sive potentia, quā aliquid aptum est appeti. Hoc

Hoc verò importet actum secundum sive appetitum actualem: Neutro enim modo appetibile dicit ipsam rationem Boni formalem. De Appetibili formaliter sumto res est plena. Sic enim accidentarie refertur bonum ad appetitum, & infert denominationem extrinsecam ab appetitu, seu relationem consurgentem ex proportione inter bonum & appetitum. De appetibili fundamentaliter sumto dubium videtur. Nihil enim aliud esse putatur, quam ratio aliqua, quæ ex parte Entis tanquam fundamentum supponitur, ob quam censetur habere, quasi aptitudinem proximam, ut alicui appetitus per se objici possit. Atq; hac ratio & aptitudo nihil est aliud, quam ipsa Bonitas. Nam catenus quid censetur appetibile, quatenus habet entitatem, quæ est conveniens seu conscientia appetenti: Unde fundamentaliter sumta appetibilitas nonnullis dicitur formaliter, & synonymas idem cum Bonitate. G. Rutgersius Inst. Metaph. lib. I. c. 7. Thomas quæst. I. part. I. art. 1. Confer Suarium disp. Metaph. 10. sect. I. Gurdad. disput. 7. Metaph. sect. 4.

XV. Verùm & hanc circa opinionem exoriri possit dubitatio exinde, quod Bonitas etiam sit causa appetibilitatis fundamentaliter sumta, nempe quatenus appetibilitas significat potentiam, ideo namq; aliquid aptum est appeti, quia bonum est. Deinde si maximè concedatur, quod Bonum & appetibile fundamentaliter sint unum, idemq; ex parte rei, non tamen formaliter explicatur per illam appetibilitatem, quiditas Boni, sed saltem indigitatur id, quod est bonum. Imò si præcisè concipiatur Bonitas, quis non agnoscat, quod in se aliquam rationem obtinere deberet Bonum, quò possit quasi consequenter ordinari ad appetitum. E. secundum modum concipiendi prior est ratio Boni, quam respectus ad appetitum, ut ut sit radicalis aut aptitudinalis. Hoc ipsum & ipsimet authores, qui hanc opinionem tradunt, confiteri vindicantur, quando ajunt, quod fundamentaliter aliquid sit appetibile,

petibile, eatenus, quatenus habet entitatem, quae est CONVENIENS. Ergo in ente, quod ita est appetibile, præsupponitur convenientia, & quidem tali modo, ut illa convenientia sit ratio seu causa, ob quam ens ordinari possit ad appetitum. E. convenientia entis prior est appetibilitate fundamentali. E. hæc appetibilitas non erit formalis ratio Boni, sed consequens, ut mox infra patebit fusiū.

XVI. Hinc ergo apparet, quod non bene, nec formaliter quiditatem Boni tradant isti authores, qui definiunt Bonitatem, quod sit conformitas rei & voluntatis: indeq; Bonum dicitur Ens in quantum est tale, ut possit terminare actionem voluntatis. Neq; illa ratio satisfacit, quâ statuunt, Bonum esse declarandum, sicut verum, eo quod non magis intrinseca entibus sit Intelligibilitas sive respectus ad Intellectum, quam voluntas sive appetibilitas, unde si ista faciat attributum Entis, eur non faciet idem Appetibilitas. Item, nullum (oppontunt) attributum transcendentale relinquatur, per quod iste respectus significetur, præter bonum. E. comprehendetur in Bonitate. Hæc inquam non satisfaciunt. Etenim primò diversitas est in Vero & Bono, cùm sint distinctæ affectiones. E. ab unius conditione ad alterius ratiocinationem non firma sit collectio. Dehinc respondet Suarez diff. io. sect. i. quod aliter comparetur Bonum ad appetitum, quam verum ad Intellectum. Nam verum Transcendens includit in suaratione & denominazione aliquam conformitatem ad Intellectum. Bonum autem formaliter in ratione & denominatione suâ non includit conformitatem ad appetitum, quamvis hæc ad rationem Boni consequatur. Unde ratio veri propriè non supponitur in objecto, ut formaliter attingatur ab Intellectu, sed est denominatio sumpta ex proportione inter ipsum objectum & potentiam seu actum ejus. Bonitas autem supponitur in objecto appetitus, & est ratio formalis attingendi illud: appetibilitas vero dicit denominationem sumtam ex proportione

tione talis objecti cum tali potentia. Unde non dicit formalē rationē objecti, sed conditionē concomitantē. Præterea è præcedente disputatione innotuit, quāmodo *Veritas* dicat *Conformatatem rei cum intellectu: non simpliciter cum cognitione seu intellectione ejus: sed cum idea intellectus*, secundum quam esse rei per modum correspondentiæ exigitur. E. *Intelligibilitas non constituet formalē rationē Veri.* E. similiter inde nequit colligi, quod *Appetibilitas* sit formalis ratio Boni. Hoc potius dicerem, quod uti *Appetibilitas* est affectio sive consequens Boni: Sic & *Intelligibilitatem esse proprietatem Veri.* Adde, quod insuper dubium sit, annō *Intelligibilitas magis intrinsecas sit entibus, quam appetibilitas.* Quod ad alteram rationē attinet, dico, quod *Appetibilitas* non sit affectio Entis, sed saltem proprietas affectionis, nempe Bonitatis, ut mox dicetur. E. non opus est, ut illa appetibilitas per aliquod attributum Transcendentale eo modo exprimatur aut denotetur.

XVII. Alii eandem illam opinionem paulo aliter & accuratius ita proponunt. *Res* duobus modis potest ordinari ad appetitum: Uno modo ad appetitum, ut regulam & mensuram; alio modo consequenter. *Ordo Boni ad appetitum, ut regulam & mensuram, est ordo essentialis Boni ad eam voluntatem, unde est ratio approbationis.* Et ita inferiora omnia dicuntur bona esse ratione dependentia à voluntate divinâ secundum quod ab eâ voluntate fuere approbata. Hic vero ordo illis esse videtur formalis ratio Boni Transcendentalis. *Ordo vero ad appetitum consequenter est ordo accidentalis Boni ad appetitum eum, à quo formalis ratio Boni non est, sed qui apprehendit bonitatem eam in re quavis, quam obtinet ratione approbationis voluntatis, cuiq; enti primæ & propriæ.* Ea vero apprehensio nihil aliud est, quam quod appetitus noster feratur naturaliter in illud ens, quod natura cognoscit esse approbatum in primâ voluntate.

Comba-

Combachius. cap. 7. Metaph. 18. Sed neq; hæc opinio satisfaicit. Nam Deus non potest ordinari ad aliquid, ut ad regulam seu mensuram. At Deus est Bonus. E. quoddam Bonum non ordinabitur ad appetitum eeu normam. E. illa opinio non explicat quiditatem Boni in universali, sed (si attingit quiditatem Boni) saltrem in particulari. E. ratio formalis Boni, quæ debet omnibus competere, non consistet in ordine rei ad appetitum, ut regulam seu mensuram. Adde, quod etiam res creare non videantur, ideo esse bona, quia à voluntate divina fuerunt approbata, sed potius ideo videntur esse approbata, quia fuerunt bona. Similiter & illud non accurate dicitur, quod appetitus noster feratur naturaliter in illud Ens, quod natura instinctu cognoscit esse approbatum in prima voluntate: Nam si hoc esset, sequeretur appetitum nostrum naturaliter ferri in omne Ens, quod falso esse experientia dicitur. Non etiam video, quomodo Appetitus dicatur cognoscere.

XIX. Hisce ergo opinionibus remotis, ut & illis, quæ Bonitatem statuunt in ratione perfectionis & finis, de quibus consule Suarium disp. 20. sect. 1., & part. Metaph. Domini Jacobi Mart. sect. 6. q. 1. & 3. Nunc ex rei veritate Bonum considerabimus. Et ita juxta communem & veriorem sententiam dicimus, quod Bonitas formaliter consistat in convenientia.

XIX. Atq; ut hujus rei veritas cō magis innotescat, attendendum, quod in Bono duo sint, *Materiale & Formale*. Illud est Entitas sive essentia. Ut enim reliquæ Entis affectiones Entis essentialiter implicant ipsam entitatem rei: sic etiam Bonitas revera connotat ipsam essentiam sive entitatem rei. Nisi enim formalem Boni rationem sive conceptum ingrediceretur ipsa Entitas, non posset Bonitas obtinere suam propriam affectionem & operationem, nimirum ut trahere appetitum, sicuti recte docet Rutgersius Institut. *Metaphys. lib. 1. cap. 17.*

Bon
materiale

XX. Deinde ad materiale hoc Bonispectat perfectio rei, nempe essentialis. Omne enim ens perfectum est essentialiter. Negari enim non potest, quod Bonitas sit perfectio quædam. Etenim Bonitas notat entitatem positivam talim, quæ habet esse omne, quod essentialiter habere debet, *juxta illud Augustini: Quicquid est, sicut esse debet, bonum est.* E. Bonitatem dicit entitatem sive essentiam, cum negatione defectus in tali genere. Ergo Bonum supponit perfectionem. Hæc enim nihil aliud est, quam vera positio Entis cum negatione defectus in suo genere. Et sic Bonum dicitur absolute à perfectione. *Quomodo in se sumitur, & ad ipsam entitatem debitam spectat, non vero ad modum Ensis consequitur.* Et sic Bonum & perfectum idem sunt.

Perfectio duplex.
prima in secundo.
secunda in tertio.

XXI. Interim attendendum est, quod perfectum sive perfectio sit duplex: prima & secunda Subtilissimus Duns in proleg. Metaph. & Tataretus 2. Ethico. cap. i. *Perfectione prima perfectum est illud, quod habet omnia pertinencia ad primum esse rei, sive ad essentiam, vel quod habet perfectionem simpliciter necessariam & essentialem sub quadam Entis ratione. Perfectione secunda perfectum dicitur, quod omni ex parte consummatum est, hoc est, quod habet omnia pertinencia ad secundum esse rei, hoc est, in operando. Quod idem inculcat Suarez, quando docet disput. 10. sect. 1. n. 15. perfectionem dici 1. id, extra quod non est ullam partem accipere, vel cui nihil deest. 2. quod in certo genere Entis perfectum est essentialiter.* Item Dominus Jacobus Mart. partit. Metaph. lib. i. sect. 6. q. 1.

XXII. Jam quando dicimus, quod Bonum supponat perfectionem, intelligimus perfectionem non secundam, sed primam: & id, quod essentialiter dicitur perfectum sub ratione Entis. *Quæ perfectio, ut talis, non quidem est ipsa Bonitas essentialis Entis, sed tamen est aliquid Bonitatis, hoc est, materiale Boni est.* Nempe ipsa essentia entis esse videtur. In tantum enim aliquid est Ens, in quantum hoc modo perfectum est.

XXIII.



XXIII. Sed in hac Entitativa perfectione non absolvitur tota bonitatis ratio, quippe quæ præcisè & formaliter sumta explicat aliquid, quod entitas nudè & absolute non dicit. Et hoc inde facilius perspicitur, quando eadem res huic dicitur. *E*st bona, illi vero non v. g. calor ratione ejusdem suæ entitatis est bonus igni, non autem aquæ. Sic ergo mente poterо Bonitatem removere ab entitate, ubi entitas caloris manet, licet non sit bona aquæ. Sic ergo *Bonitas* aliquo modo distinguerur ab entitate, etiam ut *est* perfecta essentialiter, ut patet ex perfecto calore, qui tamen non est bonus aquæ. E. à perfectione etiam caloris præscindit Bonitate ejus. Adeo, quod si *hoc non esset*, non etiam *Bonitas* fieret verum attributum entis, sed simpliciter esset entis Synonymum, non secus ac Res & Aliiquid. Nihil enim diceret, quam esse rei. Et licet perfectionem in esse rei notet, tamen illa perfectio essentialis esset ipsa entitas rei realis & positiva. Sunt enim Synonyma ens reale & perfectum esse entiale, & non differunt in re, sed solum in Etymologia: quemadmodum Ens & res vel existentia & essentia. Ut communiter statuunt Metaphysici cum Suario disput. 10. passim. *Imo si maximè perfeccio non sit synonymum Entis, tamen Bonitas formaliter non exprimeret illam perfectionem, quia etiam præscindit entitativa perfectio à Bonitate, ut modo innotat è calore perfecto.*

XXIV. Necessem ergo est, ut inquiramus id, quod formalis Boni conceptus præcisè sumptus entitati ut sic sumptus (etiam perfectæ) superaddat. Et hoc erit Formale Bonitatis, nempe illa ratio, à qua ens perfectum denominatur Bonum. Hanc putamus esse convenientiam rei: ut ita ens Bonum dicatur quatenus est convenientis, vel quatenus notat convenientiam quandam, quod quomodo ita sit, expediendum incumbit sedulo.

XXV. Imprimis hujus rei veritas innotescere potest à particularis Boni conditione. Dicimus enim in communione

Bonifale.

et convenientia

quendi more, id alicui bonum esse, quod ipsi est conveniens & ac-
commo^datum sive proportionatum. Sic eruditio bona dicitur
homini, quia ipsi maximè convenit, & specie^r humanae insi-
gniter est accommodata. Sic aqua dicitur bona piscibus,
quia ipsorum naturæ aut entitati admodum convenient. Sic
ēconverso malum alicui id dicitur, quod ipsi est disconveniens,
& quasi adversatur ipsis naturæ. Utpote venenum homi-
ni est malum, quia ejus naturæ inimicum & adversum.

XXVI. Etiam in universali Bonitatē Transcendentalem formaliter consistere in convenientia rei, nos breviter probamus tali syllogismo:

Quæ est ratio, cur aliquid sit appetibile, ea est ratio formalis Boni.

At esse conveniens est ratio, cur aliquid sit appetibile.

E. esse conveniens est ratio formalis Boni.

Major per se nota est. Siquidem ratio formalis Boni est causa appetibilitatis. Minor exinde constat: quia omne, quod appetimus, ideo appetimus, quia nobis convenit, vel aliis rebus, quibus appetitur: aut ad minimum, quia putamus id nobis aut aliis congruere. Hoc ipsum egregiè docet Dn. Jac. Mart. Exerc. Met. 17 l. 1. theor. 2. ubi dicit, Bonum esse fundamen-
tum & causam appetibilitatis, non secus ac color est causa visi-
bilitatis. Et mox addit. Quæ autem in ipso bono est causa appetibilitatis, & ut appetatur ut finis? Respondet Thomas de veritate q. 1. art. 1. Nihil inveniri in Bono aliud, quo causa appetibilitatis esse possit, quam convenientiam. Ergo stat conclusio, Bonitatem formaliter consistere in convenientia.

XXVII. Verum ut supra monuimus, Bonitas essentia-
liter implicat ipsam entitatem. Ergo & Formale hoc Boni, nempe convenientia, essentialiter involvet ipsum esse rei, tanquam suum materiale; & quidem Bonum supponit esse perfectum. E. etiam formale Boni. Hinc tria Bonitatem absolvant. 1. Positio entis realis. 2. Negatio defectus, &c 3. Relatio conve-

convenientia. Nam primò Bonitas nihil quidem positivi superaddit enti, attamen *positio entis realis*, quod essentialiter includitur, est ipsa *positio & essentia*, sive *entitas Boni*. Eatnus igitur Bonum est positivum quid, quatenus est idem cum Ente. Deinde certum est; quod, ubi *perfectio est*, ibi sit *defectus negatio*: Ubi hæc, ibi *perfectio debita* sive *conveniensenti*, quæ est relatio quædam, non quidem realis, fundata in re ab ente distinctâ, verum in ipsa intrinsecâ natura & *positione entis*.

XXIX. Et hinc jam variae Boni definitiones emanantur, quod nempe Bonum sit id, quod perfectè secundum naturam est, ut Seneca Epist. 19. ait, quomodo & Aristoteles lib. 7. de Repub. cap. 1. scribit, *nihil bonum esse*, quod sit prater naturam. Et Simplicius in Epictetum cap. 15. inquit, *Bonum id est, quod est secundum naturam cuiuslibet*, per quod *perfectiōnem suam consequitur*. Expressius alii ita definiunt: *Bonitas est perfectio enti conveniens*. Dn. Jac. Mart. exerc. 17. theor. 1. Barthol. in Enchirid. Metaph. cap. 4. Item *Bonitas est perfectio rei, connotans convenientiam*. Rutgersius in instit. Metaphys. lib. 1. cap. 17. ait: *Bonitas formalissimè sumta non est aliud, quam intrinseca rei entitas, ut alicui conveniens, proportionata sive accommodata sit*. Quod D. Thomas quæst. 2. de Verit. art. 1. innuit, cum ait *Bonum dicere rationem perfectiōi alterius*. Et sic ferè omnes Metaphysici accuratores explicant Bonitatem per relationem convenientiæ. Suarez disput. Met. 10. scđt. 1. n. 12. item scđt. 3. n. 4. & seq. Egid. Romanus comment. in libr. Metaphys. Aristot. lib. 4. c. 2. quæst. 5. Gilbertus Jacobus instit. Metaph. lib. 2. cap. 13. Cornelius Mart. in commentatione Metaphys. de Bono. Fonseca, Masius, Slekerus, Arniseus &c.

XXIX. Ut autem rectius percipiatur, quomodo Bonitas formaliter dicat convenientiam, attendendum est, ut monet Fonseca lib. 4. Metaph. cap. 2. quæst. 7. Convenientiam istam esse sit.

Bonum qd:

1.

2.

3.

4.

5.

6.

esse sumendam in ordine ad existentiam. Probatur ita: Quo-
modo aliquid est appetibile, eo modo est Bonum. Sed non nisi in
ordine ad existentiam est aliquid appetibile. E. g. ægrotus
non appetit sanitatem, nisi ut actu ipsam possideat. E. non
nisi in ordine ad existentiam aliquid est bonum. Unde ride-
imus eos, qui talia appetunt, quorum in existentia compotes
esse non possunt. Dico autem in ordine ad existentiam, non
simpliciter ad existentiam: Iste etiam competit iis, quibus
existentia nunc non competit. Quo sensu ajunt nonnulli,
quod Bonitas etiam Enti in potentia competit: nempe in
ordine ad existentiam.

XXX. Similiter annotandum est, quod Convenientia
Entis consideretur vel respectu sui, vel respectu alterius, ut pro-
lixè docet Suarius disp. 10. sect. 3. Illo modo Bonum dicitur,
quod est convenienter sibi ipsi. Hoc modo dicitur Bonum, quod
est convenienter alteri. Utroque modo dicit Bonum Trans-
scendentale formaliter explicari. Item Rutgersius cap. 17. do-
cet: Convenientia Boni vel consideratur in ipso ente, vel in col-
latione ad aliud, ut ita Bonum connotet relationem rationis, vel
ad seipsum, vel ad altud. Ad seipsum nempe respectu sui, qua-
tenus per quandam reflexionem ejusdem ad seipsum concipi-
mus entitatem ipsi competentem, appetibilem & amabi-
lem, juxta illud Philosophi 8. Ethicor. cap. 5. Amabile Bonum,
unicuique autem proprium. E. maximè erit amabile & conve-
niens, quod maximè est alicui proprium, quale certè est ipsa
entitas, qua unumquodque intime constat. Posteriore modo
Convenientia Boni explicatur in ente respectu alterius, quod
ex parte rei distinctum est à Bono. E. g. utraq; convenien-
tia in calore spectatur, qui dicitur Bonus, 1. quatenus ipsa
Entitas caloris sibi ipsi est valde convenientes & amabilis, ut qui
expetit conservationem sui esse, quatenus illud tuetur & de-
fendit, si necesse est. 2. Denominatur Bonus quatenus est valde
proportionatus igni. Juxta utrumque modum ajunt ens de-
nomi-

nominatur Bonum transcendentaliter, hoc est, tali Bonitate,
qua sit passio entis, licet illa prior convenientia rei ad se sit
potior ratio Transcendentalis. Nam ut omne Ens ad se ipsum
reflexum per convenientiam dicitur Bonum: Sic quoque unum-
quodque licet valde noxiun videatur in natura, tandem tamen
aliquid invenitur, quo cum convenientiam quandam habet, pro-
inde desiderium sui exicit.

XXXI. Ubi tamen nostra sit sententia, quod Bonitas
Transcendentalis formaliter consistat in convenientia rei ad se-
metipsam, ut ita Bonum Transcendentale sit illud, quod est
conveniens sibi ipsi, vel quod habet entitatem sibi conve-
nientem, sibi proportionatam & amabilem. Et quidem
judicamus unicè Bonitatem Transcendentalem consistere
in intrinseca ista convenientia, que sumitur in ente ratione
identitatis ad se ipsum. Ut enim una passio entis est Bonitas,
sic etiam unam habet formalem rationem, qua formaliter
ens nominat Bonum. Altera vero convenientia, que desumi-
tur in ordine ad alia, est potius consequens Boni Transcendentalis,
qua sequitur ad ejus formale. Etenim, quando primum
intrinseca rei entitas constituitur & ponitur in re, tum statim
eo ipso & immediatè ponitur convenientia illa respectu sui
ipius. Deinceps autem, quia ista convenientia in realitate
nihil est aliud, quam ipsa entitas, & entitas est in aliis quoque di-
versis rebus, easque constituit, inde oritur & consequenter resul-
tat quadam mutua convenientia rerum ad se invicem, vel ex u-
niversali illa entitate, vel quoque ex specialibus quorundam conditionibus:
Prout enim similitudo est in duabus vel plu-
tibus subjectis multiplicatur, major etiam subinde atque
major oritur & sequitur convenientia. Ergo apparet, quod
illa convenientia, qua quid respectu sui ipsius dicitur Bonum sit
prior & quasi causa alterius in ordine ad alia. E. hec est ratio
formalis Boni, non illa, cum duñtaxat insequatur ad Boni ra-
tionem formalem.

C.

XXXII.



XXXII. Ex quibus omnibus abundè inclarescit Boni Transcendentalis quiditas & essentia. Nos breviter illam tali repræsentamus definitione. Bonitas est convenientia perfectionis ad ipsam rem.

XXXIII. Succedunt proprietates Boni, quæ sunt *Conversio* sive *Reciprocatio* cum Ente. Distinctio, nempe formalis & *Appetibilitas*. De prioribus satis è superioribus constat, quid statuendum. *Appetibilitas* exinde est *proprietas Boni*, quia Bonitatem insequitur tanquam suam radicem & est Bono posterior. Supponit enim Bonitatem, tanquam suum fundamentum, cui ulterius aliquid addit, nempe respectum ad appetitum, vel etiam formalem denominationem sumtam ex proportione & convenientia talis Boni, cum tali appetitu. Quem respectum vel denominationem Bonitas formaliter non dicit, sed id solum, quod est proxima radix istius denominationis; nempe Convenientiam. Et quidem ita comparata sunt omnia per naturam suam, ut sibi conveniens appetant. Unde hæc caussalib[us] ratio cinatio vera est, quia res est bona seu conveniens, id est appetibilis: Sicut hæc causalis vera est, quia res est colorata, id est visibilis. Ergo manet, quod *Appetibilitas* sequatur convenientiam, eum tamen id est, habens se ad bonum, ut visibilitas ad colore. Adde, quod convertatur cum Bono. Nihil enim causatur in suo generacione, quod non sit alicui appetibile: vel contra.

XXXIV. Sciendum verò, quod appetibili, ut sic & abstracte sumto respondent appetitus proportionatus, hoc est, appetitus similiter præcisè consideratus. Ac verò Bono sive appetibili particulari similiter respondet appetitus aliquis definiitus & particularis: unde appetibili præsenti respondet appetitus complacentiae, sed bono absenti respondet appetitus desiderii. De quibus vide plura apud Rutgers. in Instit. Metaphys. lib. i. cap. 17. Confer & Dn. Gutkium. contempla. Metaph. disp. 5. thes. 12. & seq. Scheibl. lib. i. Metaph. cap. 10.

XXXV.

XXXV. Poco distinctiones sive gradus Boni sequuntur.
Ubi Bonum primo est vel Apparens vel Verum. *Apparens*
Bonum est, quod tantum existimatur esse bonum, non autem in se
& intrinsecè ita est, ut putatur esse. Sic multi multa appe-
tunt tanquam sibi bona, quæ tamen in re ipsa magis nocent
appetentibus. Sic multi appetunt ebrietatem, Venerem,
voluptates & alia, quasi sint bona, cum tamen revera sint
mala & noxia. Sed Verum bonum est, quod in re ipsa vere est
bonum & appetibile: adeoq; tale est in sua natura, quale cognoscitur & judicatur esse. Sic omnis virtus est bona, & omne
donum Dei vere est bonum.

XXXVI. Sunt qui putant hanc boni divisionem intel-
ligendam esse tantum de Bono, non vero de Bonitate: unde di-
stinguunt inter Rem bonam, sive subjectum, quod denominatur
bonum, & inter ipsam Bonitatem. Hæc semper sit vera, nun-
quam apparens, propterea quia semper est talis ratio, à qua
appetitus moveri potest; quæ ratio est vera bonitas. *Verum*
ista subtilitas non adeo placet. Quia 1. in Metaphysicis
Bonum & Bonitas recurrent, non secus ac Ens & Entitas.
Confundunt ergo Bonum substantivè & abstractè sumitum
cum Bono adjectivo & concreto: 2. Ut *Bonitas* dicitur
Bonitas: Ita & Bonum dicitur Bonum. Quando ergo dicunt
se loqui de formalib; Bonitatib; non de materiali. Idem æquè
dici potest de Bono, nempe quod formale Boni, quod convenit,
semper & necessario sit bonum, & verum bonum. Ut enim ali-
quid cogitatur bonum, sic quoq; cogitatur convenientia:
haut secus ut aliquid cogitatur bonitas: Ita quoq; cogita-
tur convenientia. 3. Uti unum quodq; estimatur & fingitur
bonum, sic quoq; congruentia ei inesse estimatur. Quocirca ni-
hil est, quod bonitatem omnem putent veram, quia est ratio
movens appetitum, quia materialiter loquendo illa ratio
potest non vere inesse, sed saltem putari & fingi, indeq; ipsa
bonitas fingitur, & sic fit Bonitas quoq; apparens. Sed, in-
quiunt

quiunt, omnem bonitatem moventem appetitum esse, vel delectationem, vel honestatem, vel commodum naturae, que omnes sint verae bonitates, & nullam illarum singi, sed saltus applicari ad id, quod nullam speciem harum bonitatum in se possidet, ut ista fictio & existimatio consistat in eo, quod ejusmodi vera bonitas applicetur rei, cui non inest ex parte rei. Respondetur, ita esse. Fingendo enim, ut non sit novum ens, sic nec bonitas nova realis. Sed ut fictio omnis per compositionem diversorum operum & in natura disseparatorum sit, ita quoque sit fictio boni, quando Bonitas ab intellectu compingitur cum eo, cui non inest. Verum ita non consideratur Bonum Metaphysicè & absolute in se, sed cum quadam concretione. Ergo ut Bonitas in se spectata est vera Bonitas, licet non semper insit, cui tribuatur. Sic & Bonum Metaphysicè sumptum est verum bonum. In eo tantum (ut dicam quod res est) est fictio bonitatis, aquæ ac boni, quia ibi ponitur bonitas, ubi canon est, scilicet ibi ponitur singendo, non realiter efficiendo. Et ut compositione est fictio: sic & bonitas ibi est ficta, hoc est, est cogitata secundum modum bonitatis, que vera est. Non enim comparatur vera bonitas realiter existens cum ipsa re realiter existente, cui per se non in est. Sed tantum in re ponitur singendo, prouindeque bonitas singitur. Sic ergo apparet, quod aquæ bonitas apparet, cogitata & estimata dici possit, atque ipsum Bonum apparet & cogitatum, sive id in abstracto sumatur, pro bonitate sive adjectivè pro subiecto, bonitatem in se habente. Clariss. Dn. Jacob. Mart. lib. I. praelect. Metaph. cap. 10.

XXXVII. Verum bonum est vel Transcendentale, vel naturale, vel morale. Illud consistit in convenientia propriæ quiditatis, de quo jam ante satis dictum. Istud naturale bonum, vel etiam hoc, nempe Morale Bonum sunt, quasi species illius: ideoque definitur quidem per congruentiam, sed non esse à nobis & absolute: verum prout in certo subiecto, eoque denominantur. Hinc naturalis Bonitas est congruentia naturæ: adeoque

adeoq; est convenientia, prout ad naturam determinata est.
Si chomō sanas est bonus. Sic fur robustus etiam est bonus
naturaliter, licet pessimus sit moraliter. Hoc modo nos et-
iam bona putamus bene dici illa, quæ perfectione secunda
gaudent, & suis essentialibus propriis non destituantur. **Bonitas**
Moralis etiam determinatè est convenientia cum ra-
tione & lege naturæ, quæ est ipsius Dei lex. Ethoc modo
moraliter bonum est honestum & virtuosum: Omnis virtus
& actio virtutis ita est bona.

XXIX. Præterea Bonum est vel per essentiam, vel
per participationem. *Illud est independens bonum, in quo*
ipsum subjectum, quod denominatur bonum & bonitas,
à qua denominatur, non distinguuntur, sed à λατερ idem sunt.
Sic *situs Deus est bonus per essentiam* nimis, quia nullius
generis bonitas ipso competit, quæ sit distincta ab ejus essen-
tia, id quod non est in rebus creatis. Nam v. g. homo bo-
nus dicitur bonitate morali, quæ non est ejus essentia, sed
qualitas, unde homo sic non est bonus per essentiam, sed per
aliquid ipsi extraneum, nempe per qualitatem. Deinde no-
ratile est, quod Thomas i. part. quest. 6. Deum esse bonum per
essentiam explicat per complexionem omnis perfectionis, quod
nulla ei, quod bonum per essentiam dicitur, convenientia per ex-
trinsecum. Et sic *situs Deus est bonus per essentiam: reli-*
qua omnia per participationem. Est autem bonum per par-
ticipationem omne id, quod derivatum est à primo & summo bo-
no, nempe à Deo: quomodo omnia creata (quæ à Deo esse su-
um habent,) dicuntur esse bona.

XXXIX. Posthac bonum est, vel honestum vel jucun-
dum, vel utilc. De quibus ut & aliis Boni distinctionibus vi-
de partit. Metaphys. Dn. Jac. Mart. Rutgerium, Suarezium
&c. Nos hac vice malumus abstinere, quām mutilare illas
attexere.

XL. Deniq; Bonum considerandum est in Oppositione:

ubi constat, quod Bono Transcendentali nihil opponatur: illud enim esset non-ens, quippe omne Ens est bonum. Ergo non datur non bonum. Interim & hoc certum est, quod *Malum detur aliquo modo in rebus*. Multa enim dicuntur Mala, & multa sunt mala. E. teneas, quod *Bono naturali & morali opponatur Malum*. Est autem malum in rebus non per positivam essentiam, sed negativè per remotionem essentiae.

X L I. De Malo igitur acturi observandum, quoad vocis potestatem, quod sumatur *vel concretè seu materialiter pro re seu entitate, que denominatur mala*. Sic concupiscentia dicitur mala. Sic affectus hominis sunt mali, & ipse homo dicitur malus: *Vel abstractè seu formaliter pro ipsa rei malitia, nempe pro defectu sive carentia Bonitatis debita inesse*: *Prior acceptio est impropria: posterior retinetur in Metaphysicis*.

X L II. Hinc notandum est 1. quod *Malum concretè sumrum nihil aliud sit, quam res seu actio proficiens ab agente cum denominatione malitia propter deformitatem eam, quam bono debito inesse privatur*. 2. quod hoc malum duo includat: *Materiale & Formale*. *Materiale mali* est substratum, cui malitia accidit, quale est vel subjectum, ut homo, qui dicitur malus, vel actio, ut coedes, quae etiam mala dicitur. *Formale mali* est bonitatis defectus, qui unica est ratio, propter quam aliquid denominatur malum, ut aversio ab ultimo fine & primâ voluntate, est ratio peccati, juxta Scotum.

X L III. Sic ergo formaliter malum quando sumitur, dicendum est, quod *formalis ratio mali est ipsa malitia, qua consistit in privatione Boni*: unde & malum formaliter definitur, quod sit *privatio perfectionis debita inesse*. Dicitur *privatio perfectionis*. Nequaquam enim est Ens aut positiva perfectio. Alias si ens esset, utiq; esset appetibile. At vero potius de ratione mali est, ut avertat appetitum. Unde hoc?

sane

fanè exinde, quia removet entitatem, perfectionemq; positiyam tollit. Deinde attendendum, quod non quævis intelligatur Remotio sive negatio, sed contracta ad certum subiectum, nempe *ad tale*, quod suā Q[uod] ex se capax est illius perfectionis. Talis enim negatio Philosophis dicitur privatio. Hoc etiam est, quod dicitur, malum esse privationem perfectionis debita. Quando enim res caret alienā perfectione, & sibi non debitā, exinde non statim dicitur mala. Deniq; additur privatio perfectionis debita. Inesse: quippe malum absolute nequit esse, sed necessario requirit subiectum, cui insit. Quomodo mox dicitur, quod omne malum sit conjunctum cum bono, & insit Bono, tanquam in suo subiecto.

X L I V . Hic tamen observabis, quod quidem *malum* sit in bono, sed non in eo, cui opponitur: *Verum stat cum alio alterius generis*. Nam bonum, quod malo substratum est, Transcendentale est, cui nihil opponitur, nisi fortè ens negativum, quod verò non potest rem denominare malam, quia est non ens: & non entis nullæ sunt qualitates, nullæ actiones. *Bonum verò naturale* *opponitur malo naturali & pæne*: Itemq; *Bono moralis* *opponitur malum morale*, id eoq; hæc simul esse non possunt. Nemo simul avarus & liberalis esse potest. Nemo simul sanus & ægrotus. Interim *malum Morale* *potest esse cum Bono naturali, & contra hoc cum illo*. E.g. *fœmina naturaliter* est bona, quæ habet dona naturalia, pulchritudinem, elegantem corporis structuram, sanitatem & similia. At eadem *fœmina quoad mores* potest esse mala, imò pessima, vel meretrix, vel adultera.

X L V . Ut vero doctrina de Malo sit apertior, adhuc inquirendæ erunt tum causæ Mali, tum distinctiones ejus. *Causæ mali* prolixè recensentur & censentur à *Suario* *disp. II.* *sect. 3.* *Rutgersio* *Instit.* *Metaph. lib. I. cap. 17.* *Domino* *Jac. Mart. part.* *Metaphys. lib. I. sect. 6.* *quæst. 8.* Nos breviter de illis.
Mate-

*Materiam propriam dictam non habet malum, quia est acci-
dens, sed saltem materiam in qua, quæ est subjectum, in quo
est malum. Et materia illa in qua mali, est Bonum & ens po-
sitivum. Licit enim malum formaliter sit non ens & nega-
tio boni: semper tamen conjunctum est cum ente positivo
& bono. Quia enim rationem accidentis habet, omnino
requirit subjectum, in quo sit. Et quia nequit esse in Non Ex-
te, erit in Ente aliquo, quod quia ens est, positivum est, & bo-
num. Neq; est, quod opponas malum opponi bono, ad
eoq; non posse esse in loco. Constat enim, quod non oppo-
natur omni bono, neq; destruat omne bonum utpote entita-
tivum, sed certum, & quidem malum est negatio non entita-
tis, sed perfectionis secunda in entitate. De forma mali jam
ante dictum: quod formaliter consistat in remotione seu nega-
tione perfectionis debet inesse. Sic & finem non habet malum,
cum in se non sit appetibile. Quod si aliquis appareret, is sit
vel propter majus bonum consequendum, vel majus in alium
avertendum, ut in malis poenæ videre est.*

X L V I. *De causa efficiente mali disceptant authores.*
Alii putant malum habere veram causam efficientem: alii
dicunt, & quidem rectius, Malum saltem habere causam per
accidens, non vero per se: adeoq; bene dicunt, quod malum
habeat causam, non efficientem, sed deficientem. Et facile con-
stat veritas, nempe quod ex intentione causæ agentis non
fiat malum: quod enim intendit agens, bonum ipsi est. E. per
se non intendit malum efficere. Item, qui/qui per actionem
fit, ens sit necesse est. Actio enim realis est, & ad ter-
minum realem terminatur, qui omnino erit ens positivum.
Si ens, non est malum, sed bonum. E. dicimus i. Agens bo-
num, quæ. est bonum non per se, causat malum: 2. Quando fa-
ctum est jam ante malum, queritur, unde provenerit, an à ma-
lo, an vero à Bono. Si à malo dixeris factum Malum, iterum
recurrat questio, unde sit illud prius malum, & ita ne fiat
processus

processus in infinitum, dicendum erit, quod **primum malum** sit à **Bono**. Ergo ab hoc non efficienter, sed deficienter. Dum enim deficiebant Angeli & Protoplastæ nostri, introducebatur malum, & quidem non per se, sed per accidens ita introductum est malum. Quot verò modis aliàs contingat & fiat malum, alibi dictum est in Spicilegio nostro quæst. illust. philos. disput. 8. quæst. i. Confer Suarium d. l.

XLVII. *Distinctiones Malorum* sunt variæ. Variat malum pro variata negatione Boni. *Jam tollit Bonum naturale,* & dicitur **malum naturale**. *Jam tollit Bonum morale,* & dicitur **Morale malum**. Et ita porrò, ut ordine nunc dicendum venit.

XLIX. Facilè autem distinctiones mali & intelliguntur, & investigantur ex opposito ejus, nempe ex doctrinâ Boni. Rectè enim *Arist. 2. Topicor. ait, quot modis dicitur unum oppositorum, totidem quoq; dici potest & alterum*. Hinc 1. malum erit vel *Apparens*, vel *revera tale*. *Hoc sua natura* est noxium, ut peccata, mendacia, calumniæ &c. *Illud verò in se bonum est, & saltem appareat esse malum*. Sic mala videntur esse adhortationes sæviores superiorum. Sic pueris frequentare scholam videtur malum. 2. Malum est vel absolute & simpliciter tale, vel respectivè & secundum quid. *Malum absolute dictum est, quod in se tale, hoc est, caret aliquâ perfectione sibi simpliciter, & merè naturaliter debitâ*. Sic mala sunt monstra & vitia omnia. *Malum respectivè dictum est, quod alteri est malum, hoc est, quod connotat repugnantiam aliquam cum alio ente*. Sic ignis dicitur malus aquæ. Et hoc vel per se est noxium alteri, ut abusus Philosophia vel per accidens, ut Philosophia vel aliud bonum, cui adfigatur malitia per accidens. Est autem notandum de *Malo* hoc ual' n dicto, quod quidem in illo sit entitas positiva, seu forma, que alteri dicitur noxia, nempe quatenus substat privationi: tamen in illa forma, quatenus est mala alteri, id, quod

positivum est, quasi materiale est, privatio autem quasi formale constitutiva rationem mali.

X L I X . Malum est vel *Naturale* vel *Morale*. Illud est *privatio boni naturalis*, quod cuiusq; rei *Quod* debetur, ut *claudatio*, *morbis*, *monstrum*. Sumitur autem hic *Quicunque*, *scut natura*, ut dicit non solum essentiam, cuiusq; rei, sed etiam eiusdem modum operandi ex solo impetu naturae, ut omnino determinatae ad unum. Unde *naturale malum* reperitur in *rebus irrationalibus*, vel in *animatis*, itemq; se extendit, & jam ad *res Intellectuales*, quatenus naturam habent, & bona pertinentia ad integratatem naturae. Quomodo supra dictum est, quod Bonum naturale sive *Physicum* sit perfectio entis, qua tale est, producta ex iis, quae requiruntur ad finem illius entis. Res ergo prout caret istiusmodi bonis, dicitur *mala naturaliter*, seu omne id, quod privat rem hisce bonis. *Malum morale* est *omne vitium & peccatum*, quod depravat hominem, ejusq; actiones. Ut autem *malum naturale* explicatur in ordine ad *Phiλοσοφiam*: Ita *Malum Morale* sumitur in ordine ad *creaturam rationalem*, *quaest. libera est*: quippe mores constunt in libera operatione. Sic ergo *Malum Morale* propriè significat defectum perfectionis in creatura rationali, vel omne id, quod est *disconveniens naturae rationali*, quatenus rationalis est.

L. Tandem quartò *malum est culpa vel pæna*. Illud est *ἀπλως malum*, nempe *Transgressio legis*, sed malum pœna infligitur ob peractum malum culpare, sive ob culpam contritam. Rutgersius ita de his malis discurrevit lib. I. c. 17. *Malum culpa* consistit in *carentia recte rationis*, sive sit *defectus liberæ & actionis*, sive sit *carentia honestatis* vel *rectitudinis* tali actioni debita, hoc est, sive sit *omissio actionis debita*, sive sit *actio carens rectitudine* sibi debita secundum rectam rationem. Sic omne peccatum & omne vitium est malum culpæ. *Malum vero pæna* est *privatio boni alicuius contracta ob precedentem culpam*.

tulparum, ut morbi, calamitates, pestis, infortunia &c. Plura
ibidem recognoscet, ut & ex part. Metaphys. Dn. Jac. Mart.
Nos hac vice theses ita terminamus.

Usus & Abusus Doctrina de Bono & Malo.

Commmodat hæc doctrina multipliciter. 1. *Obtendit primum & radicale fundamentum Amoris & odii.* Cur amor maximè & περίων ad semetipsum feratur, in caussa est natura Boni, quia sic habet essentiam sibi convenientem. *Convenientia verò proprii esse subinfert amorem sui.* Hinc quod esse proprium maximè constituit, maximè conservat, aut amplificat, id maximè amat, maximè appetitur. Hinc est illud vulgare: *Proximus egomet mibi.* Item, charitas ad nos ipsos fluit. Item, *dilige proximum sicut te ipsum:* scilicet iste amor ad proximum fundatur in te ipso, primum ergò te ipsum diliges: indeq; & proximum. Similiter exinde sequitur odium adversus corruptionem sui. Odio prosequitur Ens quodvis omnia illa, quæ suam propriam essentiam convenientem aut destruere, aut turbare, aut debilitare videntur. Ex quo ipso etiam perspicitur universalissimum fundamentum, cur contraria pugnant, & cur actio feratur in contraria, non in eadem: Quia nimirum quodlibet in te bonum περίων se amat, suumq; esse salvum illæsumq; ad servare satagit. Imò & amplificare contendit. Ita verò expedit conservationem sui: Sic se tutatur contra repugnantia, ubi opus est, ut ita obviatur Mutua Reactio contrariorum. 2. Quia Bonitas Transcendentialis dicit convenientiam entis sive essentiæ, non verò de se accidentium: idēo colligitur, quod omne Ens, quod habet essentiam suam propriam, sit transcendentaliter bonum, licet non semper sit bonum quoad accidentia. *Quo sensu benedixit Augustinus lib. i. de doctrina Christi in quantum sumus, boni sumus:*

fumus: puta bonitate entitativâ, non accidentali. Sic etiam dicitur, *substantia hominis est bona*, ubi Doctores Ecclesiae non intelligunt bonitatem, quæ hominem reddat Deo acceptum, sed saltem naturalem & essentialēm. 3. Hinc *distinctiones Boni quantum commodant?* nisi Bonum apparenſ ſe- cernas à Bono vero, in quantos delabéris errores? Nihil dicam, quantam ubiq; utilitatem adferat distinctione illa Boni in Transcendentale, Naturale & Morale, itemq; distinctione Boni in honestum, jucundum, utile: nihil dicam de aliis Boni distinctionibus, cum earum uſum quivis ſanæ mentis facile perspiciat. Hoc diu taxat nunc dico, quod insigniter doctrina accuarior de Bono commodet ad Scripturam dextrè explicandam, quando illa diversimode utitur Termino Boni. Sic Gen. i. Et 1. Timoth. 4. dicitur, *quod omnes creature Dei sint bone*. Sed longè aliter docet Christus Matt. 19. Marc. 10. & Luke 18. ubi respondet Juveni, *quid vocas me Bonum, Nemo bonus est, nisi solus Deus*. Hic ſanè videtur, *avλογία* eſſe in dictis istis Scripturæ. Neq; dextrè ſolideq; conciliabis illa loca, niſi ex Metaphysicis didiceris distinctiones Boni. Metaphysica fundamentaliter ostendit, quod Bonum ſit vel per eſſentiam & à ſe, vel per participationem ab alio. Et illo modo Metaphysici Bonitatem ſoli Deo tribuunt: Posteriori modo etiam creature: *Quando ergo Christus ait: Solus Deus est bonus, loquitur de Bono per eſſentiam. Sed in reliquis dictis fit sermo de Bono per participationem: ſic enim omnes creature aliquam Bonitatem derivarunt à primo & ſummo Bono Deo*. Hinc & diſtinguit Creatorem & creatures. Item eripit nos ex falaciis Sophistarum. Hinc & Ethica accipit lucem, quando de ſummo Bono sermonem facere sumit.

Præterea doctrina de malo removet à Deo omnem malitiam. Malum enim dicit privationem perfectionis debitæ. Deus vero, quia eſt per eſſentiam bonus, & ita independenter bonus, non potest ab ullo privat ſua perfectione. Item, removet

movet à Deo omnem efficientiam mali; dum docet, quod malum per accidens ex defectu agentium ortum traxerit. Deus ergo, quia deficere non potest, nequit etiam causa ullius malitiæ censeri. Quis sit, quomodo bonum possit esse causa mali, aut quomodo Bonum cum malo concurrat, in multis difficultatibus se facilius, quam ignarus hujus sapientiae, expediet. Insuper immensum suppeditant ratiū distinctiones mali, uti abunde possit ostendi, si opus esset, & si res ipsa non aperte loquetur. Recognosce saltem illam distinctionem, quam malum aliud dicitur culpa, aliud pœna, & id, quod loquor, vel in uno sufficienter perspicies. Scriptura dicit Amos 3. non esse malum in civitate, quod non fecit Dominus. Cave ḥ homo, ut intelligas id de malo culpa. Non Deus enim est volens iniquitatem, sed tu es. Igitur attendas, quod illo loco Deus dicatur author pœnarum seu mali pœna, quod omnino longè distat à malo culpa, ut in thesibus est determinatum. Sed de usu hujus rei alibi & alia vice plura dicentur.

Abusus doctrinae de Bono & Malo conficitur in Sophisticis, Hereticis, Calvinianis, Pontificiis &c. Dum male partim applicant terminos praesentis materiae, partim confundunt distinctiones & gradus Boni malive. Dicimus & credimus hominem obtinere bonitatem naturalem perfectam: Quando autem inde colligunt alii, & hominem esse perfecte bonum moraliter, & ita justum, nugasissimus abusus est. Bonitas enim, de qua Theologi ex sacra Scriptura disputant, quia Deo placemus, neutquam est moralis bonitas, neq; in hac continetur, sed planè alia distincta & diversa est. Quod ipsum Pelagiani & Papicole non attendere velint, misere illani Bonitatem Morallem considerant cum Bonitate istâ, (de qua sic loquuntur Theologi) Evangelicâ: Atq; ita de justitia hominis coram Deo enormes commiserunt errores. Rursus abusus est maximus, quando Papicole inferunt: Bonitas conficit in denominatione Intrinsecâ. E. Homo nequit dici bonus & justus ex-
trinsecâ

trinsecè per imputationem Justitie Christi. Scilicet commis-
sent Bonitatem Transcendentem & Inherentem cum im-
putativa. De illa verum est, quod non absolvatur extrinse-
ca denominatione, cum sit entis proprietas, sed illud non
statim licet trahere ad quemvis modum denominationis,
quo aliquid dicitur bonus vel justus, ut alibi fuisus probatur.
Error quoq; Manichæorum hic manifestissimus deprehenditur,
*cujus causa sanè illa est, quod falsò somniabant, malum nul-
lum posse esse à Bono: idq; propterea, quod rursum opina-
bantur malum sicut esse Ens reale, & positivum ac Bonum. In-*
*de scilicet inferebant: uti in ordine causarum bonarum tan-
dem pervenientum est ad ultimam causam aliquam & pri-
mam: Sic etiam in causis malis danda erit suprema quedam
causa mali, qua erit independens, & ita ex se ens malum, ideoq;
principium primum omnis mali. Qui furor Manichæorum uti*
& Scripturæ & Rationi repugnat, sic ex abuso doctrinæ de
*Malo primum fluxit. Exsecremur ergo tam nefarios abu-
sus, & usum urgeamus. Et deniq; cum cognoscimus, quod*
*Malum Bono non contrariè opponetur, sed privative, etiam Fla-
cianismum cautè evitemus.*

A X I O M A T A.

1. i Omne, quod est, in quantum est, bonum est, August. l. 83.
quest. 24. citante Excellentissimo Dn. Jac. Mart. lib. i. Exerc.
Metaph. i. theor. i. Quandoquidem omne ens bonum, pro-
pterea, quia ens: ut idem loquitur in prælect. Metaph. pub.
cap. 9. lib. i. Intellige vero bonum entitativum & essentiale.
Sic n. ratione suæ essentiaz propriæ omne quod est, quanto est
(hoc est, quando non deficit in suo esse proprio) bonum
est. Sic & diaboli, in quantum sunt, hoc est, in quantum ha-
bent esse suum substantiale adhoc creatum, boni sunt essen-
tialiter. Sic etiam ex hoc axiome dicamus, de natura bo-
minis

minis post Iapsum, quod sit entitativè bona, ne totum hominem.
eiusq; essentiam in peccatum conversam esse stolidè nobis imagi-
nemur.

2. Omne ens bonum tē ēīā, non autem tē tēlēt. Scaligcr.
conment. in 3. Theophrast. de plant. cap. 10. Hoc Scaligeri
effatum expressius dicit veritatem præcedentis: ideoq; nota-
biliter ponit, quod licet, quoad esse omne ens bonum sit, non
tamen omne ens gradus Boni obtinet. Undē quoad finem,
Et quoad perfectionem secundam carere potest aliquā bonitate.
Potest carere bono Morali, naturali, vel artificiali.

3. Quod non est bonum, illud ne est quidem. Tritum hoc
est in scholis Metaphysicorum. Loquitur autem 1. de eo,
quod neg. quoad materiale, neg. quoad formale, est bonum. Sic
peccata & privationes, licet in se bonitatem non dicant, sunt
tamen in bono tanquam in suo materiali. 2. De Bono effen-
tiali, non accidentalē: Et 3. adhibemus cautelam. Quod non
est bonum, illud ne est quidem positive, scilicet, ut aliquid po-
nat in rebus. Interim esse potest negative, quatenus reverā
aliquid removet, quod a deo debet.

4. Bonitas de se dicit Convenientiam perfectionis. Proli-
xē hoc patet ē in his de Bonitate, quae est affectio Entis,
& aliquo modo distinguitur ab Ente per connotationem
convenientie.

5. Omne Bonum est communicativum sui: Et quo prestan-
tius, eo latius se diffundit. Item, Bonum est Sui ipsius diffu-
sivum. Savonorū libar. Epist. Phys. concl. 52. ut citat Sagit-
tarius cent. 2. dec. 6. axiom. Metaphys. Sed nota contra Schil-
ling. in falsum illum hominem, qui ex hoc Metaphysicorum
dictorio articulum creationis elidi somniat. I. quod Bonum
sit communicativum sui, sed non est necessariō, Et hoc vel illo
modo. Verum quoddam liberē est comunicativum Sui.
Et sic Deus ab æterno est bonum communicativum sui, sed
liberum, uti fuisūs contra illum Philosophiæ osorem disput-

Dominus.



Dominus Gutkius contempl. Metaph. disput. ult. quest. ultima.
II. Quod omne Bonum sit communicativum sui, 1. in quantum potest. 2. in quantum materia apta est recipere. 3. In quantum fas est, & decet. 4. ~~per se~~. Nam ~~per se~~, cuiusq; Bonitas, cuique manet propria: usu saltem etiam ad alia defertur. Breviter, Bonum est communicativum sui, sed modo debito & convenienti, tum ratione communicantis, tum ratione ipsius Boni, quod communicatur, tum ratione subjecti, cui communicatur.

6. *Quod in se non est bonum, alteri bonum esse nequit: vel nihil est alteri bonum, quod non est in se bonum.* Scilicet, quod quis non habet, nec alteri communicare potest. Unde, quia dixitiae sunt bonis bonæ, meritò contra Stoicos istas dices in se bonas.

7. *Non omne, quod appetit bonum esse, statim bonum est.* Pronitas enim in nobis est varia ad lapsum, vel ob appetitus vehementiam, vel ob imbecillitatem sensuum, vel ob intellectus corruptelam. Unde fit, ut in vetricum nitamus, sœpeq; cupiamus negata. Interim attendatur, quod deceptio ista non interveniat in formalí Bonitatis, sed in applicatione Boni ad id, cui non inest.

8. *Quaerunt propter finem bona sunt, illa denominatio-*
ne externa bona dicuntur. E. g. purgatoria potio bona est non in se, sed propter sanitatem, quando scilicet respicitur utilitas, quam conservatæro, inde ex fine tali denominatur bona. Et hæc ratio esse videtur omnium utilium: Res Thomas part. i. quest. 5. art. 6. ait: *Utilia dicuntur, quæ non ha-*
bent in se, unde desiderantur, sed desiderantur solum, ut sint du-
centia alterum, ut i sumptio medicina amara.

9. *Quod per se bonum est, præstantius est illo, quod ex acci-*
dente bonum est. Sic præstat sanitas deambulationi. Hæc enim appetitur propter illam, vel propter aliud.

10. *Cujus*

10. Cujus usus bonus est, illud ipsum quoq; bonum est. Subaudi usum per se. Fieri enim potest, ut ex accidente aliquid usurpetur in exercitio mali, quod in se bonum est. Ubi probè distingendum est inter abutentem, & inter rem, qua ille abutitur. Abutens malitiosè agere potest, integritate rei nihilominus perduraante.

11. Omnia bonum appetunt. Item: Nil nisi bonum appetitur: vel appetitus noster non fertur, nisi in bonum, nec contemnitus fertur, nisi in malum. Ut ex thesibus constare poterit.

12. In quantum quid deficit in esse, in tantum est malum. Rectè enim Excell. Dn. Jac. Mart. ait lib. i. Exerc. 17. theor. 6. Malum, in quantum est malum, non dicit de formalí aliquid pertinens ad rationem Entis, sed potius pendentiam ad non-Ens. Et ita per defectum Entis concipitur malitia.

13. Mali natura nulla est, sed amissio boni nomen mali accepit. August. lib. ii. de civit. Dei cap. 9. ut citat Excellentiss. Dn. Jac. Mart. Exerc. 17. Scilicet est privatio boni, ut nomen est edictis.

14. Omne malum est in bono: vel, non est malum, quod non sit in bono. Ita constat ex thesibus.

15. Malum non est nisi à caussa secunda, & particulari. Scilicet caussa prima non potest deficere. E. neq; caussa mali esse poterit, cum omne malum ob defectum agentis contingat.

16. Defectus in re consequitur ex defectu in caussa. Scilicet, non per efficientiam, sed per nudam quandam consecutionem. Ita, ut quod erat in efficiente, postea quoq; desit in effectu.

Quæstiones.

I.

Materia prima unde habeat suam
bonitatem?

Refert Fonseca lib. 4. Metaph. c. 2. quest. 7. sect. 6. quosdam
statuere, materiæ bonitatem tantum esse à formâ. Sed hoc
recte rejicitur, cum omne Ens intrinsecè sit bonum ratione
propriæ essentiæ. Ergo dicamus, quod **materia prima boni-**
tatem habeat ab actu Entitativo, per quem ut ponitur extra
nihil: Ita quoq; collocatur in ordine bonorum, quāvis
non diffiteamur, prout unumquidq; est: Ita quoq; bonum
esse, unde gradus etiam inter bona lubenter conceditur.

II.

An danda sit mali caussa?

Ex thesibus hoc *Simua* constat, nunc saltem audiamus
Thomam part. 2. quest. 75. art. 1. qui affirmativè respondet. Ita
tamen, ut statuat, peccatum esse actum quendam inordinatum:
Ex parte ergo actus habebit caussam perse. *Ex parte* vero inor-
dinatiois caussam habet, ut negatio, aut privatio. Negatio-
nis autem causâ potest esse, 1. *Defectus* caussa affirmationis.
2. *Affirmatio ipsa*, sed ex accidente. Igitur voluntas carens di-
rectione regulæ rationis, & legis divinæ intendens aliquod
bonum commutabile, caussat quidem actum peccati perse;
sed inordinationem actus per accidens, & præter intentio-
nem. Nam provenit defectus ordinis in actu.
ex defectu directionis in vo-
luntate.

S O L I D E O G L O R I A.

Litera-

Literatissimo Dn. Respondenti.

Dumper Pierios quoq; vis clarescere colles,
Et GAZAS animi pandere, Amice, tuas,
Ac SORHIES altam TRANSNATURALIS abyssum:
Rursum scrutari, Delitium Sophia!
Conscendes sacri celsissima culmina montis
Divitias q; Sophum non sine laude seres.
Atq; simul poteris cæcos referare recessus,
Sicq; decus geminum conciliare tibi.

Conterraneo meo suavissimo:

deproperabam.

M. DANIEL TIESENBACHER,
Znoyma Moravus.

Dum gaudent alii sese committere ponto,
Ut sibi divitias agglomerare queant:
Te juvat econtra clariis incumbere Musis
Et studiis lectas, querere mentis opes.
O felix ceptum! quid enim felicius esset
Nomina quam studiis docta parare suis?
Hic Eurus q; Notus q; ruunt, ruit Africus horrens,
Flatibus atq; facit difficiles aditus.
Aspera dicta licet: non te MÜLLE RE retardant,
Quo minus hoc ingens ingrediariis iter.

*Si Labyrinthus inest, si quis delabitur intus,
Non Labyrinthus erit, sed labor intus erit.
Iporro felix, quo te trahit entheus arder,
Fallor? an bipotertum, Pallade dante feres?*

φιλοφίλας ἡρακλεῖον εὐθύνατε

BALTHASAR BALDUINUS,
Dresdensis Misnicus.

F I N I S.



AB:67⁵_{c,10}

ULB Halle
003 357 104

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres
Inches

Farbkarte #13

IONUM
ICARUM
VA,

N O

O,

ovâ dirigent

DIO

S C H A R F I I

Saxonis,

C O R E A

net & defendet

I U S, Ravensti-

nus.

boris matutinis

ninore.

R G AE

STIANI THAM,
pogr.

XXIII.

9